



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

IV. Vtrùm auxilium sufficiens internum in sola gratia excitante consistat, &
cum illa conuertatur, seu idem omnino sit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)

CAPVT IV.

*Verum auxilium sufficiens internum in sola gratia
excitante consistat, & cum illa conuertatur,
seu idem omnino sit.*

1. **A**liqui ex modernis Theologis existimant diuisionem gratiæ in sufficientem & efficacem, Opinio
Neoterico eandem esse cum diuisione in gratiam excitantem
rum Theol. & adiuuantem, ac subinde gratiam sufficientem
affirmans. eandem esse cum excitante, adiuuantem verò eam-
dem cum efficaci, & è conuerso excitantem gratiã
per se spectatam tantum esse sufficientem; adiuuantem
verò semper esse efficacem. Fundamentum hu-
ius sententiæ est, quia Concil. Trident. sufficienter
diuisit gratiam excitantem & adiuuantem; ergo
subillis membris comprehendit etiam gratiã suffi-
cientem & efficacem, aliã diuisionem eius non fuisse
sufficiens, neq; totam diuisionem amplitudinem exhau-
sisset: at verò gratia adiuuans semper est efficax,
quia, vt Augustinus dicit, *nemo uiuatur, nisi qui aliquid
sponte conatur*, ac proinde actu operatur quod non fit
sine gratia efficaci; ergo sufficiens solum pertinere
potest ad gratiam excitantem. Confirmari hoc po-
test, quia gratia sufficiens est cõfistit potest, sed
gratia excitans est huiusmodi, vt docuit Trident.
sess. 6. Can. 4. imò illi soli resisti potest, nam adiuuans
semper est efficax; ergo sola gratia excitans est suf-
ficiens, è conuerso gratia sufficiens in sola gratia ex-
citante continetur. Confirmatur secundo, quia is,
qui resistit gratiæ sufficienter excitanti, peccat si sit
in materia præcepti, vel ei saltem imputatur si sit
in materia consilij: ergo vi illius auxilij est suffici-
ter potens; ergo illud auxilium est sufficiens. Deniq;
confirmatur, quia ante primum actum liberum
hec præcedit habitus, nec alia gratia, quæ det posse,
nisi gratia excitans, ergo illa sola sufficienter dat
posse; ergo est auxilium sufficiens.

2. Imò nonnulli Moderni significant solam gratiam
excitantem in intellectu receptam, ipsumq; intelle-
ctum sufficienter illuminantem, esse gratiam sim-
pliciter sufficientem. quod inde probant, quia illu-
minatio intellectus gratia excitans est, & illi facili-
resistit potest; ergo ad summum esse potest gratia
sufficiens. Vt autem solam sufficientem non requirit
motionem voluntatis, quia si motio gratia ad vo-
luntatem perueniat, iam est efficax; ergo sufficiens
gratia in solo intellectu consistit. Consequenter est
clara, & antecedens probatur, quia si voluntas mo-
uetur à Deo, non potest non moueri; ergo non po-
test illa resistere; ergo iam gratia est efficax. Alter
(fortasse apparens, id suaderi potest, quia exci-
tatio intellectus est etiam excitatio voluntatis; in-
tellectus quidem formaliter, voluntatis autem ob-
iectiue: ergo in ratione gratiæ excitantis illa suffi-
cit respectu vtriusq; potentia; nam si voluntas po-
stea iuuatur per adiuuantem gratiam, poterit ope-
rari sine alia excitatione; ergo illa sola gratia exci-
tans in intellectu existens est simpliciter gratia suf-
ficiens: nam constituit hominem potentem in actu
primo ad operandum, tam per intellectum quam
per voluntatem.

3. Vt autem veram sententiam explicemus, suppo-
nimus questionem principaliter moueri de auxi-
lio sufficienti proximè, nam remota sufficientia,
(dixi,) per proportionem & habitudinem ad pro-
ximam declaranda est, vt hic etiam in fine capitis
adnotabo. Item sufficientia proxima duplex esse
potest: vna simpliciter, quæ collectiue includit om-
nia auxilia necessaria ad opus; alia est secundum quid
sufficiens, id est, ex parte vnius, vel alterius potentie
sicut capite præcedenti dicebamus externam fidei,

vel poenitentia prædicationem posse esse sufficien-
tem in suo genere externæ propositionis obiectioni;
licet simpliciter non sufficiat. Hic ergo de auxilio
simpliciter & vndique sufficienti tractamus, con-
sequenter verò etiam auxilium sufficiens, quod est
veluti pars alterius, explicabimus.

Dico ergo primò. Auxilium proximè sufficiens in

primis requirit excitationem intellectus actum à Deo immis-
sam, & in ipso intellectu receptam. In hac asser-
tione omnes conueniunt, & est clarissima iuxta
principia fidei; quia excitatio, sine qua homo non
potest supernaturaliter operari, est simpliciter ne-
cessaria ad auxilium sufficiens: sed sine excitatione
intellectus non potest homo supernaturaliter ope-
rari; ergo illa excitatio est in primis necessaria ad
auxilium sufficiens; ergo vt tale auxilium sit proxi-
mè sufficiens, necessarium est, vt talis excitatio sit
actu immissa à Deo, & in intellectu hominis recep-
ta. Maior probata est latè in c. 2. & 3. & est nota ex
definitione auxilij sufficientis, & ex effectu quali-
formali eius, cui est dare posse simpliciter. Minor e-
tiam nota est, quia excitatio intellectus nihil aliud
est, quàm illuminatio Spiritus sancti, de qua Con. Trid.
& Araus. docent non posse homines sine illa, sicut
oportet, ad salutem operari, vel eisdem quod sancta
cogitatio, de qua dixit Paulus, *Non sumus sufficien-
tes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis*. etque ini-
tium bonæ operationis, vt dicit Augustinus de Pre-
dest. sanct. cap. 2. & aliis locis sæpe citatis. Hinc ergo
nota est prima illatio, quod sine gratia excitante
intellectum non potest intelligi auxilium sufficiens.

Altera verò consequentia ex declaratione termino-
rum superius facta probata relinquitur; quia tunc
dicitur auxilium proximè sufficiens, quando con-
stituit hominem in actu primo proximè potentem ad
operandum: excitatio autè non potest constituere
intrinsecè & proximè potentem in actu primo, nisi
immissa intellectui, eumq; actu immutet; ergo hoc
modo necessaria est ad auxilium proximè suffi-
cens; & hæc ratio idem probat de omni gratia ex-
citante quæ ad actum necessaria fuerit, quia nihil iam
sit in homine actu recepta, non constituit illum po-
tentem in actu primo ad operandum, & conse-
quenter talis homo non habebit auxilium proximè
sufficiens, sed solum remotè & in potentia modo
suprà explicato, de quo modo habendi auxilium
sufficiens infra latius dicemus.

Dico secundò. Secundum legem ordinariam
auxilium proximè sufficiens includit etiam exci-
tationem voluntatis ipsi immisam, etque inherens, imò sub-
tem, & illam actu & formaliter immutantem. Hæc etiam
assertio præcipue probanda ex dictis libro præce-
denti, vbi ostendimus hanc gratiam esse ordinariè
necessariam ante liberum consensum voluntatis.
Nam hic probatum est auxilium sufficiens inte-
grum, includere auxilium necessarium ad opus, & probum
vt sit proximè sufficiens, supponere hæc præueni-
entia & excitantia auxilia vt homini collata: ergo
in illis includitur excitatio voluntatis. Deinde hoc ex Con-
sentit Conc. Trid. dicto cap. 5. sess. 6. dicens, *Ita vt
tangent Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem,
neque homo ipse nihil agat, inspiratione illam recipiens, quæ
pe qui illam abiret potest. vbi media illuminatione, op-
ad intellectum spectat, dicit Deum tangere cor, id
est, voluntatem ipsam excitare per inspirationem,
seu motionem aliquam in illa receptam. Vtrumq;
ergo requirit ad sufficientem gratiam, quod magis & bene
declarauit Concil. Senon. in decret. fidei cap. 15. di-
cens, *luxa sacra Scripturam extendimus liberum arbi-
trium, vt voluntas humana misericordia præuenientis auxi-
lii suffulta, & interiori quodam & occulto secretiori inspi-
rationis assultu contacta sese conuertat in Deum, neque ta-
men tanta gratia necessitas libero præiudicat arbitrio, cum
illa semper sit in promptu.**

Habet

Dicet tertio, auxilium sufficiens integrum & pro-
 batum requirit vt omne auxilium praueniens,
 quod a solo Deo dandum est, ex se, & ex solo eius
 voluntate penderet, non solum sit oblatum ex parte
 Dei, sed etiam actu datum, & in homine receptum,
 hanc assertionem pono propter auctores prioris
 sententiae, qui praefer auxilia excitantia ponunt
 aliud praueniens, quod non putant esse necessa-
 rium ad auxilium sufficiens, vel quia inter adiu-
 uantia auxilia illud enumeratur & auxilium suffi-
 ciens ab adiuantibus auxilijs omnino separent, vel
 quia censent tale esse illud auxilium praueniens, vt
 semper & per se sit efficax. Nos autem e conuerso
 probamus in primis assertionem, quia nullum datur
 auxilium praueniens praeter excitantia, vt in
 lib. 3. probatum est. Sed auxilium sufficiens actu
 includit omnia auxilia excitantia, vt ex preceden-
 tibus assertionibus patet; ergo auxilium sufficiens
 omni praueniencia necessario includit.

Secundò idem probatur, quia auxilium proximè
sufficiens dat integrum posse; ergo dat actu omnia
auxilia præuenientia. Antecedens notū est rum ex
dictis c. 2. tum etiam, quia dat potestatem liberam,
ideoq; imputatur hominī non operetur: conse-
quentia verò probatur, quia auxilium præueniens
à solo Deo fit in nobis sine nobis saltem liberè ope-
rantibus: ergo comparatum ad actum liberum,
propter quem datur formaliter, dat posse, & non
agere. Probatur consequentia, quia illud auxilium
quando actu à Deo datur, prius scilicet naturā in no-
bis recipitur, quā nos per illud operemur: ergo nō
dat per se, ac formaliter agere, sed posse agere. Pro-
batur consequentia, quia non dat actum secundū,
sed aliquid prius illo, per quod ipse actus, secundū
fit: ergo datur tamquam actus primus proximus
actu secundū, vel tamquam principium eius: ergo
dat posse efficere actum secundū. Respondeatur
illud auxilium præueniens, quod & distictum est
à toto auxilio excitante, & post illud datur, non se-
parari ab actu secundū, propter quē datur, sed in-
fallibiliter illum interire, & ideo non dare posse, sed
agere. Sed contrā, quia etiam quod datur prius

Gratia pro-
ximè suffi-
ciens prius
naturā in
nobis recipi
debet, quā
vper eam
operemur.
Occurrit
responsioni.

Posse sem-
per disti-
nguitur ab
agere.

est necessario coniunctus cum potentia, distinguitur posse ab agere, quia necessaria connexio non confundit actionem cum potestate: semper ergo aliquid habet res ut possit, & aliunde, ut agat, patet in lumine gloriæ: quod non separatur a visione, sed infallibiliter ac necessario infert illam, & nihilominus dat formaliter posse, agere autem consequenter, seu efficienter, nam formaliter agere est ab actione: ergo in præsentia dato, & non concesso, quod illud præueniens auxilium infallibiliter inferat voluntatis consensum, nihilominus per se & formaliter dat posse, & non agere, nisi subsequeretur & effectiue agendo simul cum voluntate; ergo auxilia que procedunt ante hoc ultimum præueniens, non dant integrum posse, cum expectent aliud completium ipsius posse: ergo sine tali auxilio præueniente, non sunt sufficientia, nam de ratione auxilij proximi sufficiens est, ut includat omne auxilium præueniens necessarium ad opus.

Dico quartò, auxiliū proximè sufficiens non in-

7.
Gratia proximi sufficiens includit etiā gratiam adiuantem nō vt actū da sed vt posita aliquo modo in proxima nominis potestate. Probat̃r assensio c. Trid.

Deinde confirmatur explicando alteram partem, per quam hæc declaratur, quia gratia adiuvans, vt supra dixi, duplex est, vna per modum principij, alia per modum actionis, & vtraque esse potest vt actu homini data, vel tantum oblata, vt sit in potestate, vel arbitrio hominis habere illam si velit. auxilium ergo sufficiens non includit necessariò omnem gratiam adiuvantem in actu datam, vt conuincit argumentum alterius opinionis, quia iam non est tantum sufficiens, sed etiam efficax: quia inuolueret effectum, non enim potest auxilium adiuvans datum per modum actionis separari ab effectu, & ab actione hominis, sine qua non potest

Nemo iuuatur, nisi qui aliquid sponte conatur ex S. Aug. quo sentiu.

Probatu assertio ratione.

xilio sufficiente ad actus supernaturales, sed debet extrinsecus provenire & à Deo dari: non potest autem dari, nisi alteri ex illis duobus modis, scilicet vel quia fit homini infusa per habitum, vel aliam rem præuiam inhærentem potentiæ, vel quia Deus paratus sit ad supplendum aliter coefficientiam habitus. Quis enim illius modus cogitari potest? ergo si nullo ex illis modis hac gratia adiuvans conferetur, non est in homine potestas ad tales actus, ac proinde nec auxilium sufficiens: ergo gratia sufficiens etiam ex hac parte includit aliquo modo auxilium per modum principij adiuvantis.

Ultimò dico auxilium excitans non conuer-
tum auxilio sufficienti, quia potest auxilium ex-
citans interduci esse efficax, hæc assertio pendet ex
dicendis in lib. sequenti, & probatio eius ad illud
locum pertinet; nec solum eam proponimus tum
vt distinctio inter auxilium sufficiens & efficax, &
similiter inter auxilium excitans & sufficiens intel-
ligatur: tum etiam vt argumentis in principio po-
nitis satisficiamus, quod suppositis quæ diximus,
non erit difficile.

Ad primum ergo de diuisione auxilij in excitans & adiuuans, sumptum ex Concil. Trident. respondemus negando consequentiam, quia infertur auxilium sufficiens contineri sub altero membrorum, quia ponit Concilium, vel cum illo conuerti, quia singula membra presentis diuisionis possunt uel quae membrum à Concilio positum ex parte comprehendere, ut ostensum est; quo circa illo argumentum solum probatur auxilium sufficiens includi in solis excitantibus, vel efficacibus in solis adiuuantibus, quia hæc diuisio, quam nunc tractamus, longè diuersa est à illa, nam illa datur de auxilijs secundum intrinsecam rationem eorum, hæc datur de auxilijs secundum modum connexionis, quæ habent cum effectu libero per illos intentum. Vnde in priori partitione auxilium excitans & adiuuans figillatim & diuisim (ut sic dicam,) spectantur secundum id, quod vnumquodque eorum per se & proxime confert libero arbitrio. In hac verò partitione considerantur collectivè, vel quatenus ad sufficientiam, vel quatenus ad efficaciam operandi liberum actum, necesse est tam auxilium excitans, quam adiuuans concurrere. Vnde cum in illo argumento additur non posse adiuuans auxilium esse tantum sufficiens in suo ordine. Respondendum esse verum de toto auxilio adiuuante actu dato, & per modum actionis, non verò de adiuuante, vel dato per modum principij tantum, vel oblati, & positi in manu hominis quod ad actuale adiutorium.

Vnde ad primam confirmationem respondetur, non solum gratiæ excitanti, sed etiam adiutanti datæ per modum principij, vel oblatæ per modum concursus, & actionis resisti posse, vt nunc suppono, & in lib. sequenti ostendam. Ad confirmationem secundam dicimus, auxilia excitantia externa simul cum internis, si non secum afferant auxilia adiutantia, vel actû datâ, vel sufficienter oblatâ, ita vt sit in potestate hominis illa habere, si uoluerit, non sufficere vt homini possit ad peccatum imputari, quod talibus excitationibus non utatur, vt satis probatum est: quia uel secundum ordinariam legem; & debitam prouidentiam vnum auxilium non detur sine alio altero ex dictis modis, ideo peccat qui sufficienter excitatus uocatione, burnat contra aliquod præceptum.

Ad tertiam confirmationem respondetur etiam gratiam adiuvantem per modum principij, dare suo modo posse, ut ex dictis in precedenti libro notum est. Nec oportet, id quod adiuvatur per modum

Nemo iur
tur, nisi q
aliquid sp
re conatu
ex S. Aug
quo sensu

Probat
assertio
tione.

Auxili
sufficiēs
bet iucl
dere alio
modo o
nia nece
ria ad op
alioqui n
dicit in
soluta ho
nis pote
te opera

notum est. Nec oportet, id quod adiuuat per modum principij physici semper esse homini inhaerens, ut in precedenti libro tetigit, & probauit, sed potest Deus ipse ut paratus ad cooperandum homini esse principium in actu primo adiuuans. unde in his argumentis, ut saepe notauimus supra, saepe in eo peccatur quod non distinguitur inter auxilium adiuuans in actu secundo, vel in actu primo, nec ut actu datum, vel ut oblatum, & positum in hominis potestate. Et ex eodem defectu cap. 1. in principio, quod hic solum relinquitur. Denique argumenta illa non probant, omne auxilium excitans esse tantum sufficiens, quia licet auxilium excitans distinguatur ab adiuuante, & sine illo non consequatur effectum, tamen tale esse potest, ut infallibiliter secum afferat auxilium adiuuans, & ita esse potest efficax, ut lib. sequenti ex professo tractabitur.

CAPIT. V.

Primum gratia sufficiens sit tantum actualis, vel etiam habitualem includat.

Hoc dubium petitur in primo argumento, in primo capite relicto, quia sufficiens dat posse, ut proxime diximus: in superioribus autem dictum est, habitum infusum dare posse operari supernaturalem actum; ergo habitus est proprie gratia sufficiens. In contrarium verò est, quia multis datur auxilium sufficiens, quibus non datur habitus, vel priusquam illis detur habitus, ut patet in infidelibus, qui habitum fidei non habent, & consequenter nullum infusum habent, quia habitus fidei est primus inter infusos. Et tamen illi habent auxilium sufficiens, ut infra dicemus; ergo habitus nec auxilium sufficiens, nec ad illum requiritur. Secundò gratia sufficiens continetur sub genere auxilij; at verò habitus non est auxilium, nam auxilium dicit actualem motionem; ergo. Tertiò etiam si supponatur, habitus ille indiget actuali motione ut operetur; ergo non ipse habitus, sed motio est auxilium sufficiens.

In hoc puncto parua est in re difficultas, & ideo ut tollatur controuersia de verbis, suppono in primis, hic non esse sermonem de quacumque gratia sufficiente ad salutem, vel ad remissionem peccati, sed ad vitam aeternam consequendam, sic enim gratia habitualis sine operatione potest interdum esse sufficiens, ut patet in paruulis. Agimus ergo de gratia sufficiente ad bene moraliter & supernaturaliter operandum, nam propria auxilia gratiae ad operationem dantur. Sic ergo auxilium sufficiens duobus modis dicitur, ut saepe animaduerti. Primò, ut in aliqua operatione determinata & speciali sufficit, secundò quasi collectiue, ut includunt omnia necessaria, quibus homo fit simpliciter ac moraliter potens ad eliciendum supernaturalem actum. Priori modo habitus charitatis dicitur principium sufficiens ad eliciendum actum amoris Dei, & lumen gloriae est principium sufficiens ad videndum utique in ratione proximam virtutis ex parte potentiae ad agendum. Neutrū

autem est sufficiens absolute, & in omni genere; nam intellectus informatus lumine, licet sit potens ex parte sua, non est tamen absolute sufficiens ad videndum, nisi habeat speciem, vel essentiam Dei per modum speciei coniunctam. Sicut visus corporeus est sufficiens ad videndum in ratione principij remoti proximi, & potentiae vitalis, non tamen absolute, nisi habeat speciem; & ideo sufficientia non simpliciter consistit in vno tantum Sufficientia auxilio, vel principio, sed collectionem plurium physica & moraliter requirit. Imò si loquamur de sufficientia quae physice & moraliter proxima sit, non solum requiritur proxima collectionem omnium principiorum per se requiritur ad operandum: ut, ignis non est simpliciter sufficiens ad calefaciendum rem distantem, ita manentem; nec sol ad illuminandum cubiculum vndique clausum, & sic de aliis; ergo sufficientia simpliciter includit omnia, & quasi collectiua est, & ita nunc de illa loquimur: quia illa est necessaria, ut homo & simpliciter & absolute sit potens ad agendum, ita ut actus sit in libertate eius, eique imputetur si non faciat, ut videbimus.

Deinde obseruo ex supradictis dupliciter fieri posse à nobis actus supernaturales, scilicet connaturali modo, & per principium intrinsecum in nobis permanentem; vel praternaturali modo, ut sic naturales dicam, prauia tantum motione primi agentis subleuantis potentiam ad operandum supernaturaliter sine habitu sibi inhaerente. Nam de priori modo multa dicta sunt in lib. 4. ex quibus satis constat, quomodo ille modus supernaturaliter sit possibilis, & ordinarius in hominibus fidelibus, & iusti ratione habituum infusorum; qui in illis sunt, & quomodo dicatur connaturalis, non quidem respectu potentiae secundum se spectatae, sed respectu habitus infusi. Et inde intelligitur cur alterum modum vocemus praternaturalem, non solum quia supernaturalis est respectu potentiae, sed etiam quia non habet dictum modum connaturalitatis, & quod hic etiam modus sit possibilis in lib. 4. & 5. & in materia de visione beata; dictum à nobis est, & sumitur ex Concil. Trid. sess. 14. cap. 4. dicente contritionem imperfectam esse donum Dei, & Spiritus sancti impulsu, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis. Imò etiam de prima contritione perfecta infra ostendemus, non elici ab habitu, sed etiam esse à Spiritu sancto mouente.

Hic ergo positis dicendum in primis est respectu actuum supernaturalium, ut connaturali modo fiant, habitum esse principium necessarium, & infusus est in suo ordine sufficiens non tamen esse absolute & simpliciter auxilium sufficiens, licet aliquo modo dici possit in illo includi. Assertio est facilis quoad omnes partes. Nam in primis licet habitus infusus non sit simpliciter necessarius ad agendum supernaturaliter, est tamen necessarius ad connaturaliter agendum, quia vox illa connaturaliter quasi relatiua est, & dicit respectum ad internum principium permanentem. Deinde clarum est ex dictis supra, habitum infusum in suo genere esse principium sufficiens, id est, in ratione principij dantis voluntati, vel intellectui internam virtutem agendi, ut in 3. lib. declaratum est, quia in eo genere vnus habitus sufficit ad proprium actum: est enim in suo genere perfectus, & plures fingere esset superuacaneum, & contra perfectionem talium virtutum, & eadem ratione posset in infinitum procedi, ut rectè argumentatur D. Thom. d. q. 109. art. 6. & docet in art. 9. & 10. Sic enim inuenitur sufficientia in habitu; nihilominus tamen verum est, non sufficere habitum in ratione auxilij, seu adiutorij diuini, quia habitus indiget actuali auxilio di-

Sufficientia auxilio, vel principio, sed collectionem plurium physica & moraliter requirit. Imò si loquamur de sufficientia quae physice & moraliter proxima sit, non solum requiritur proxima collectionem omnium principiorum per se requiritur ad operandum: ut, ignis non est simpliciter sufficiens ad calefaciendum rem distantem, ita manentem; nec sol ad illuminandum cubiculum vndique clausum, & sic de aliis; ergo sufficientia simpliciter includit omnia, & quasi collectiua est, & ita nunc de illa loquimur: quia illa est necessaria, ut homo & simpliciter & absolute sit potens ad agendum, ita ut actus sit in libertate eius, eique imputetur si non faciat, ut videbimus.

Duobus modis a. actus supernaturales, scilicet connaturali modo, & per principium intrinsecum in nobis permanentem; vel praternaturali modo, ut sic naturales dicam, prauia tantum motione primi agentis subleuantis potentiam ad operandum supernaturaliter sine habitu sibi inhaerente. Nam de priori modo multa dicta sunt in lib. 4. ex quibus satis constat, quomodo ille modus supernaturaliter sit possibilis, & ordinarius in hominibus fidelibus, & iusti ratione habituum infusorum; qui in illis sunt, & quomodo dicatur connaturalis, non quidem respectu potentiae secundum se spectatae, sed respectu habitus infusi. Et inde intelligitur cur alterum modum vocemus praternaturalem, non solum quia supernaturalis est respectu potentiae, sed etiam quia non habet dictum modum connaturalitatis, & quod hic etiam modus sit possibilis in lib. 4. & 5. & in materia de visione beata; dictum à nobis est, & sumitur ex Concil. Trid. sess. 14. cap. 4. dicente contritionem imperfectam esse donum Dei, & Spiritus sancti impulsu, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis. Imò etiam de prima contritione perfecta infra ostendemus, non elici ab habitu, sed etiam esse à Spiritu sancto mouente.

Pater ex Concilio Tridento.

Habitudo infusus est in suo ordine sufficiens non tamen esse absolute & simpliciter auxilium sufficiens, licet aliquo modo dici possit in illo includi. Assertio est facilis quoad omnes partes. Nam in primis licet habitus infusus non sit simpliciter necessarius ad agendum supernaturaliter, est tamen necessarius ad connaturaliter agendum, quia vox illa connaturaliter quasi relatiua est, & dicit respectum ad internum principium permanentem. Deinde clarum est ex dictis supra, habitum infusum in suo genere esse principium sufficiens, id est, in ratione principij dantis voluntati, vel intellectui internam virtutem agendi, ut in 3. lib. declaratum est, quia in eo genere vnus habitus sufficit ad proprium actum: est enim in suo genere perfectus, & plures fingere esset superuacaneum, & contra perfectionem talium virtutum, & eadem ratione posset in infinitum procedi, ut rectè argumentatur D. Thom. d. q. 109. art. 6. & docet in art. 9. & 10. Sic enim inuenitur sufficientia in habitu; nihilominus tamen verum est, non sufficere habitum in ratione auxilij, seu adiutorij diuini, quia habitus indiget actuali auxilio di-

D. Thom.

Habitudo indigere actuali Dei auxilio.